


3



DISPUTATIO INAUGURALIS

De

LEGE COMMIS-

SORIA MAXIME VENDI-

TIONIBUS ACCOMMO-
DATA.

1628, 25.

61. AIII

38

3

7.

27 - 28

QUAM
SUB DIVINO PRÆSIDIO,

DECRETO ET AUTORITATE
NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI
JURISCONSULTORUM ORDINIS IN
INCLITA ARGENTINA,

PRO CONSEQUENDIS IN U-
TROQUE IURE SUMMIS HONORIBUS
AC PRIVILEGIIS

DOCTORALIBVS,

PUBLICÆ ET SOLENNI
CENSURÆ SUBIICIT

GODSCHALCVS MEIER
WESTPHALUS.
MENSE JANUARIO.



ARGENTORATI,
EXCVDEBAT PAVLVS LEDERTZ,
M. DC. XXVIII.

PERILLUSTRI
ET
GENEROSISSIMO
DOMINO,

DN.

PHILIPPO
HEINRICO,
COMITI
DE Hohenloe/
DYNASTAE
IN Langenburg/

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO,
PRO MAGNO BENEFICIO
TENUE OFFICIUM,

SED AD MAIORA OPPIGNERATUM
ANIMUM, AD FIDEI ARAM
REDDO, CONSERCRO

HUMILIMO
ADFFECTV

L. M. Q.

GODSCHALCVS MEIER

THEISIS I.

62

DEx (a) commissoria, (b) (quæ & absolute
commissoria vocari solet) (c) in emptione,
(d) est pactum, sive (quod idem) (e) pactio,
qua inter contrahentes tempore cōtractus (f)
conventum, ut pecuniā ad diem (g) non solutā (h) res
sit inempta. (i)

(a) Per legem hic non pars illa juris, quæ definitur, §. 4. Inst.
de l. N. G. & C. sed, ut in thesi positum, pactio, pactum, conditio,
contractui emptionis venditionis formando apposita à privatis, in-
telligitur: Sicut & alia pacta, quæ in continenti, tum huic, tum aliis
contractibus adjiciuntur, iisdemq; moderandis adhibentur,
leges vocantur, l. 22. l. 33. l. 40. ff. de contr. empt. l. 24. princ. ff. locat.
cum simil. Unde vulgatum illud; Pacta dant legem contractui, ex
l. 23. ubi Nob. & Ampliss. Dn. Præceptor & Promotor Bocer. c. 5.
n. 2. ff. de R. I. l. 7. §. 5. ff. de pact. item: Contractus ex conventione
legem accipiunt, ex l. 1. §. 6. ff. deposit. metaphorâ sumptâ à lege
publica, quæ moderatur, regit ac coercet actiones civiū, Donell. 16.
cōm. c. 19. Coll. Jur. Arg. b. t. th. 1. Hinc à Duaren. ff. b. t. Charond. 3.
verisim. c. 11. Ant. Fabr. de error. Pragmat. decad. 21. err. 1. barba-
rismi, & ineptiæ insimulantur Dd. qui pactum legis commissoria appellant; idem enim hoc esse, ac si dicarent pactum pacti commissori: quem tamen loquendi modum, quicquid aliis videatur, sibi non
dispicere dicit Cuiac. lib. 4 Fend. tit. 66. ita scribens: Nam & pi-
gnoris hypothecam, & legem pacti, & pactum pacis, & actionem con-
ditionis dicimus recte: cur non recte quoq; pactum legis? add. Rit-
tersh. partit. feudal. lib. 1. c. 11. q. 4. Bachov. ad Treuil. vol. 1. D. 28.
th. 9. lit. d. & vol. 2. D. 1. th. 6. lit. c.

(b) à committo verbo juris, cum quid commissum vel factū,
propter quod aliquid debetur, unde Rubricæ ff. & C. de Velt. & com-
missu. Hinc commissa hereditas dicitur ea, in qua id commissum est,
quam obrem alii debentur, Cicer. Verr. 1. Hinc commissa dicuntur in
jure, & in commissum cadere, quæ fisco debentur, ex eo quid factū
quid, aut non factum sit: veluti si quis apud Publicanos professus
non est, l. ult. ff. de public. & redditig. Ulpian. in l. 14. eod. tit. Quod,

A 2 commissum

commissum est, inquit, statim desinit eius esse qui criminem contraxit, dominiumque rei, vestigali acquiritur. Hinc commissa pena dicitur, quae debetur, l. 4. §. Cato, & l. seq. & passim, ff. de V. O. Hinc commissa stipulatio, cum id quod per eam promissum est, debetur, passim sub tit. de V. O. Item commissa obligatio l. 1. §. ult. ff. de stipulat. servor. Item commissa devotus capitul. à Ciceron. in Orat. pro dom. cum se voti reum, & caput devotum debere fateretur. Hinc deniq; lex commissoria, ita dicta, quod conditionis eventu, emptore nimis precium non solvente, lex vel conventio ista, committit rem & emptionem venditori; committit, inquit, i. e. tanquam in manum ei tradit, rem eius arbitrio & potestati subjicit, ut sit eius electio, an rem emptam velit, an verò lege suâ contemptâ emptionem valere malit, Donell 16. comm. c. 19. Coll. Jur. Argent. ff. b. t. th. i. aliter Hopper. libr. 2. πεθανον. pag. 46. aliter Cuiac. in parat. ff. b. t. alter alii.

(c) l. 4. §. 2. & 3. ff. b. t. l. 13. §. 26. ff. de act. empt. l. 11. §. pen. ff. quod vi aut clam.

(d) de ea enim Commissoria specie, quae venditionibus accommodatur, maximè & præcipue thesibus hisce me monere jam anteverti.

(e) non possum assentiri magni nominis JCtis Fulg. Alciat. in l. 1. ff. de pact. ibique Duaren. c. i. qui differentiam constituuntur realem pacti passionis, contra mentem Ulpiani in d. l. 1. de pact. & l. 3. ff. de politice. utrumque eadem definitione comprehéndentis, Cuiac. 2. Obs. c. 15. Nob. & Ampl. Dn. Praecept. & Promot. Bocer. centur. conclusion conclus. 75.

(f) vid. thes. 7. lit. a.

(g) qui dies committendi appellatur, l. 38. ff. de minor. An autem præcisè dies pacto inferendus, ita ut expressio dici sit de essentia legis commissoriæ, vid. th. 8. lit. b.

(h) vid. th. 7. lit. c. & th. 10. lit. c.

(i) l. 2. 4. princ. l. 5. ff. b. t. l. 6. §. 1. ff. de contrah. empt. l. trah. etiæ 23. ff. de V. O.

II.

Efficiens causa huius pacti commissori remota, in genere, est jus Prætorium, quod omnia pacta legitima & honesta

nesta tuerit: (a) in continentia (b) quidem adjecta, etiam actione ex ipso contractu data: (c) ex intervallo (d) apposita, vi exceptionis. (e) In specie vero, sunt mores civitatis, quibus paulatim usu introduci cepit hoc pactum in contractu emptionis, ita ut usus ille postea interpretationem prudentum desideraret.

(a) l. 7. §. 7. ff. de pact.

(b) l. 13. C. de pact. sive (quod idem) ex continentia, d. l. 7. §. 5. ff. de pact. id est in ingressu, d. l. 7. §. 5. versa enim pacta insunt, ff. de pact. in initio, l. 5. C. de pact. int. empt. & vend. Sive tempore contractus, l. pen. C. jam d. t. quae omnia tamen à diversis diversimode accipiuntur, ut patet ex Donell. ad l. 13. C. de pact. n. 3. 4. 5. & seqq.

(c) l. 75. l. 79. ff. de contrah. empt. l. 6. §. 1. l. 13. §. 23. l. 21. §. 5. ff. de act. empt. l. 5. §. 1. l. 12. §. 2. ff. deposit. l. 4. princ. ff. de leg. commiss. l. 16. ff. de in diem addit.

(d) hoc quid sit, patet ex lit. b. argument. à contrario.

(e) l. 7. princ. §. 4. 5. vers. ex intervallo, & v. ut puta; & v. idem Marcellus, vers. idem responsum. vers. ult. §. 6. 12. l. 27. §. 2. 5. 6. 7. 8. l. 41. 45. 58. in fin. ff. de pact. l. 10. 13. 21. 24. C. eod. tit. l. 5. C. de contrah. stipul. l. 72. princ. ff. de contrah. empt. l. 1. §. 2. ff. de rer. permitt.

III.

Propinqua causa, est vendor & emptor: vendor quidem principaliter, dicēdo hanc legem contractui: (a) secundariò vero etiam emptor acceptando ac consentiendo in hanc conventionem. (b) Unde & iij demum legem commissoriam dicere, & accipere possunt, qui & contrahere vendendo & emendo possunt: & contrà, qui ab hisce contractibus arcentur, (c) ad legis huius constitutionem in habiles reputantur.

(a) Quemadmodum aliás dominus rei tantum, potest legem rei suę dicere, non is qui à domino accipit, l. 7. §. 8. ff. de donat. int. vir. & uxor. Ita quoque commissoriam venditioni dicit vendor duntaxat, non emptor, l. 2. ff. b. t. proindeque si quid obscuri

A 3 circa

circa eam emerget, contra proferentem interpretatione torque-
dum erit, l. 21. l. 33, ff. de contrah. empt. l. 39. ff. de pact.

(b) Sine huius enim consensu non subsistit commissoria,
ut ut illa solius venditoris gratia adiiciatur; cum pactum omne in
genero duorum pluriumve in idem sit placitum, consensus l. 1. §. 2.
ff. de pact.

(c) duo autem sunt genera eorum, qui ad emptionem ven-
ditionem contrahendam inepti sunt. In quibusdam enim potestas
emendi vendendi deficit: in quibusdam tantum voluntas, ut ut ma-
xime emere vendere alias possint. Utriusque generis exempla ex-
tant passim in jure dispersa, qua accurate collecta in Coll. Jur. Arg.
sub titul. ff. de contrah. empt. vend. th. II. 12. 13. & seqq. longa serie
recensentur, quo brevitatis studio remitto.

IV.

Subjectum legis commissoriae est contractus princi-
pali emptio venditio: (a) quæcumque plerumque justo &
æquivalente celebretur precio, (b) secus ac in datione
pignoris, ubi res pignerata debiti quantitatem frequen-
tissime superat; (c) ideo in hac, præ illa, commissoria pa-
ctio (d) Constantini Sanctione (e) infirmata, memo-
riaq; eius abolita fuit rectissime. (f)

(a) t. t. ff. de leg. commissor. Quid ergo est illud, quod displi-
cuisse Imperatori commissoriæ in venditione, refert Paulus in l. 38.
ff. de minor. ? An quia per eam justa & bona fide contracta venditio
ad irritum deducitur, ceu argutatur Ant. Fab. de error. Pragm. de
cad. 21. error. 6. scribens: Sicuti nihil est favorabilius venditione,
si modò bona fide inita sit, quoniam eo potissimum contractus ge-
nere, societatis humanæ commercia constare necesse est; ita con-
sequens est, odiosam videri debere passionem, per quam venditio
justa perfecta; in irritum deducitur. Sed, ut dixi, argutiae haec vi-
dentur esse contra certissimam & vulgatissimam sententiam Dd.
Displicuit enim lex commissoria non generatim, quid enim abo-
lere vetuisset, sed in proposita specie, ut recte animadvertisit Hillig.
ad Donell. 16. comm. c. 19. lit. e.

b) & licet aliquando aliud contingat, tamen istud ratum
est, & jura aptantur ad ea, quæ frequenter fiunt. l. nam ad ea ff. d. ll.

vid.

(c) vid. Negusant de pignor. membr. 3. quart. princ. part. n. 2. Ant. Fab. de error. Pragmat. decat. 21. error. 1. in fin.

(d) ut; nisi debitor ad præstitutum diem solverit debitum, pignoris proprietas sit creditoris, tanquam ipsi commissa: Dass das Pfande dem gläubiger als dann verstanden oder heimgefallen sein soll. Atque ita legem commissoriæ in pignoribus accipiunt Dd: ferè omnes, & potest defendi ex communi & generali pacti commissoriæ natura, quæ facit rem committi alteri, & desinere ejus esse, cuius antea fuit: quomodo in vēditione facit, ut res definat esse emptoris: in vestigalibus, ut definat esse ejus qui vestigal non solvit, ut suprath. 1. lit. b. declaratum: sic & in pignore efficit, ut definat esse debitoris. Novissimè tamen Ant. Fab. de error. Pragm. decad. 21. error. 1. Interpretes & Pragmaticos, qui legem istam in pignoribus ita concipi solitam fuisse putant, erroris arguit, subjiciens: Commissoriæ pactionis potestatem non in eo lucere, ut in casum non soluta pecunia acquiratur dominium creditori, sed ex contrariò potius in eō, ut dominium jam creditori quæstum per mancipatiōnem, reddat debitori, & quidem per remancipationem, in eum casum, quo debitor pecuniam creditori postea solverit. Quæ tamen vis, sive potestas, cum conventioni illi, quæ speciali nomine *Fiducia* appellabatur olim, erat propria, ut ex Cicero, & Pauli recept. sentent. probat Hotomanu. in epit. ff. de pignor. n. 7. hinc consequitur, ex sententia Fabri toties alibi expressè declarata, legem commissoriæ in pignore, ipsam fuisse olim *fuduciam*: quod idem existimat Cujac. ad tit. 29. lib. 1. Feud. In eaque sententia fuit aliquando Hotoman. Sed eam correxit atque retrahavit ad tit. 27. lib. 1. Feud. demonstratis quatuor insignioribus differentiis inter fiduciam & pactum commissoriæ in pignore: cui adstipulatur Rittershus. partit. Feudal. lib. 1. cap. 11. q. 4. Bachov. ad Treutler. Vol. 2. D. 1 th. 6. lit. d.

(e) 1. ult. C. de pact. pign. Quam tamen Constitutionem Dd. notabiliter limitant non procedere in pacto hoc, ut non soluto intrā certam diem debito, res justo precio astimanda, a creditori empta sit, ut ex rescripto Divorum Severi & Autonini, tradit Martianus in l. 6. §. ult. ff. de pignor. Cujus textus occasione, sunt qui statuant argumento à contrario sensu ducto, quod Marciani temporibus, atque ita jure Digestorum æquè ac jure Codicis, pactione commissoriæ in pignoribus repro-

reprobata fuerit: alioquin (*inquit*) quid attinebat de eâ conventione tractare, quæ & justi precii mentionem adderet, & illam justi precii definitionem in id tempus conferret, quo pecunia solvi debuisset? *glos. in d. l. fin.* Dan. Moll. 2. *semestr. 34. Treutl. vol. 2. D. 1. thes. 6. lit. d.* Ex adverso, quod *Digestor.* jure damnatio hæc commissoriæ conventionis non fuerit cognita, verisimiliter videri debet, id est, quod nulla lex adducatur prohibitoria eo jure, quæ regulam ponat prohibitoriam; contrarium ergo dispositum fuisse credendum nō est, *arg. l. 1. ff. de test. Comprobatur hoc: quia notissima erat & generalis regula, conventa esse servanda: Unde sanctam notabilis species improbans conventionem, debuisset à JCTis perspicuè tradi, juxta l. item apud Labeonem 15. §. 26. ibi, ea quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter noventur, videntur quasi negligēta, ff. de injur. Videatur denique Pinell. ad. l. 2. C. de rescind. vend. in secund. part. n. 27. ex singulis ferè verbis d. Confitit, probans id quod intendo. Quo posito, facili negotio adversa parti obviatur. Vel, quod hoc argumentandi genus à contrario sensu, præsertim ex responsis JCTorū ad singulares casus, solidum non sit: vel, quod eo loco suspecta videri possit Tribonianī manus, textum ad d. l. fin. C. de pact. pign. accommodantis, Bacchov. *ad Treutl. Vol. 2. D. 1. th. 6. lit. d.* Vel denique, quod pactum hoc, ut, si intra certum tempus pecunia soluta non sit, jure *emptoris* posideat creditor rem iusto precio tunc astimandam, longè distet à pacto commissori, ut demonstrat. Hotomann. *in epit. ff. de pignor.**

(f) propter nimiam, quæ inest captionem: cum sæpi debitores pro parvâ pecuniâ, quam, forte egentes, mutuam acceperunt, pretiosis pignoribus defraudentur. Nam quidvis etiam iniquum paciscuntur qui egent, dummodo impetrant nummos, quibus presentem suam inopiam sublevent, seque ex difficultatibus extricent, aut etiam ut carcerem evanant, securi de futuro, tanto facilius redditum iri pignus sperantes, quanto minor appareat pecuniæ summa, pro qua pignus datum est. Hæcque vera ratio prohibitionis coniicitur ex d. *Conſt.* unanimi ferè consensu Dd. nisi, quod Ant. Fab. *de err. Pragm. decad. 21. error. 1. & 2.* contra communem statuat, pactionem commissoriā in pignoribus, secundum rectam juris normam intellectam, potius favorablem & utilem semper fuisse debitori, quippe cuius potestate, solutâ pecuniâ, pignus (*ut lit. d. dictum*

dicum) recuperaverit: neque improbationis causam fuisse eam quam adduxi, sed combinationem duorum contractuum incompatibilium, atque ita contradictionem implicantium, ut plenè deducit d. loc. Sed utrumque reprehenditur & refutatur à Bacchov.^{ad}
Trent. vol. 2. D. I. th. 6. lit. d.

63.

V.

Atque hæc Constantini Sanctio in tantum ampliatur, ut, licet conventum sit de dominio non quidem pleno, creditori acquirendo, sed ita, ut in casum non soluta statuto die pecunia, pro feudo fundum possideat creditor: (a) vel, etiam si ex intervallo, (b) aut in favorem tertii, puta fideiussoris apposita; (c) aut denique juramento vallata sit huiusmodi pactio, (d) nullarum tamen virium esse perpetuò censatur.

(a) ex sententia Gerardi in c. i. de Feud. dat. in vic. l. commiss. 1. F. 27. At Oberto contrarium placet c. pen. de Capitan. qui caus. vend. 2. F. 51. Uterq; & rationes habet suas, & habet asseclas. Gerardū tuetur lex Constantini, & species equitatis; ne debitores preciosis pignoribus pro minore pecunia defraudetur: Deinde & altera ratio quæ d. c. i. allegatur: quod feudū hoc casu sub praetextu pecunie acquitetur, cū potius honore & amore domini sit acquirendum. Atque ita cum Gerardo sentiunt Borcholt. de Feud. lib. 1. c. 8. n. 41. Rosenth. in synops. c. 6. conclus. 15. & 26. Vultei. de Feud. lib. 1. c. 5. n. 55. aut fin. quibus subscribo. Pro Oberto facit 1. Jus confessionis non vi aut metu expressæ. 2. Quod debitor hoc casu non totum dominum à se abdicat, sed retinet dominium, ut vulgo vocant, directum. 3. Quia jure receptum, ut feudum possit emi præsenti pecuniâ; quid ni etiam lege commissoriâ constitui possit: & rationes aliae non omnino asperandæ, quas tamen brevitatis causa prætero, adducuntur ab Hotomann. ad d. tit. 27. lib. 1. Feud. quibus ipse permotus affirmativam Oberti sententiam amplectitur. Sed Zal. part. 12. n. 23. & Rudolph. Schrad. p. 5. de feud. c. 1. n. 4. Et s. distinctionis scindere conciliant hasce sententias.

B

(b) Ra-

27 - 28

(b) Ratio dubitandi: quod causa reprobationis (de qua
thes. preced.) cesseret, quando jam acceptâ pecunia, ex intervallo
commissoiam legem dicit debitor, cesseret, inquam, sub levata jam
inopia, & superatis difficultatibus, asperitas illa & violentia, quæ
egentes, quidvis etiam iniquum, ut paciscantur, adigere solet:
unde non pauci Dd. hoc casu admittunt commissoriā legem,
quos refert & sequitur Negusant. de pignor. quart. part. princ. num. 6.
Fabian. de Mont. tract. de empt. vend. 7. quest. princ. num. 1.
freti textu l. 34. ff. de pign. alt. Ratio vero decidendi fortior petitur
ex generalitate d. l. fin. C. de pact. pignor. quæ novum jus introduxit
indistinctè improbando pactum hoc: Et, quod, sive ponamus po-
stea conventum de pignore, sive etiam pignori ante dato postea
hanc conventionem adjectam fuisse, perpetuò hac ratio impro-
bandæ hujus conventionis militet, quod debitor exactiōnē me-
tuens, facilè, sicut à principio, in hanc pactionem consensurus
sit. Bachov. ad Treutl. vol. 2. D. 1. th. 6. lit. d. Nec deest quod ad d. l.
34. ff. de pign. alt. respondeatur, ut videre est apud Pinell. in rubric.
C. de ref. vend. p. 2. cap. 1. num. 30. Molin. tract. de usur. n. 363.

(c) Solennis illa exceptio adhiberi solet à Dd. ad d. l.
fin. C. de pact. pign. Nisi in favorem tertij factum proponatur glof. in d.
l. fin. Bart. in l. quamvis, ff. de solut. & plures alii, quos citat &
sequitur Negusant. de pignor. 4. princ. part. princ. num. 7. Cujus exce-
ptionis & probationem, & exemplum desumunt ex l. ult. ff. de
contrab. empt. Contra hos disputat Ant. Fab. de error. Pragm. de-
cad. 21. error. 5. ita, ut dicat, ex ipsâ hac l. ult. quæ unicum istius
limitationis est fundamentum, sententiam istam Dd. infirmari:
quod scilicet Scævola ita respondeat, contractam esse obliga-
tionem emptionis, si non ut in causam obligationis, sed, ut
emotor haberet conventum sit: quæ quidem ita accipit, ut ex
adverso inde inferat, nullius momenti futuram conventionem,
si hoc inter debitorem & fidejussorem actum sit, ut ob non sol-
latum creditori pecuniā, fidejusser pignora haberet in causam
obligationis id est pignoris: quod scilicet pactio ista implicat
contradiccionem, quæ & pignoris, & emptionis obligatio-
nen induceret. Sed nimis aperte labi hic Fabrum, dicit & de-
demonstrat Bachov. ad Tr. v. 2. D. 1. thes. 6. lit. d. Et videtur con-
tra

tra communem commodius dici posse quod in d. l. fin. ICus agat
 magis de quæstione voluntatis quam potestatis, nempe de cognoscendo;
 quid inter partes conventum censeatur, non vero an contrahere poterint: nec enim Scævola iure Digestorum potuit dubitare, an ibi pactum legis commissoria in pignore valeret, siquidem tum temporis nondum antiquata erat lex commissoria in pignoribus, quam primus (ut th. prec. probatum) antiquavit Constantinus in d. l. fin. C. de paſt. pign. quæ lex vel Constitutio, cum Creditoribus legem commissoriæ exercentibus, sit infesta; fidejussor autem quando eam quantitatatem solvit quam pro alio promisit, ex causa mandati non tam fidejussor, quam creditor sit, arg. l. 11 ff. de V. S. nihil impedit, quo minus statuatur, prohibitionem d. Conſt. de paſto commissorio cum creditore inito, loquentis, verificari etiam in fidejussore, maximè, quia differentiæ ratio sufficiens inter creditorem & tertium hactenus dari non potuit: neque illa satis idonea, quod fidejussor cessante debitore exactus, creditor necessarius videatur: quia non propterea contra officium, & cum injuriâ debitoris rem pigneratam in se transferre debet: ac cum plerumque cauti creditores soleant exigere fidejussores, beneficium legis hanc conventionem damnantis hâc ratione elusorium & inane reddi posset, Molin. de usur. num. 357. cum seqq. Pinell. in rubric. ad l. 2. C. de ref. vend. p. 2. cap. 1. num. 31. Coll. Jur. Arg. ff. de pignor. th. 15. Bachov. d. loc.

(d) quod jure Civili indubium, arg. l. 5. C. de ll. Sed & Canonibus idem obtinere statuit Cujac. ad cap. 9. & 28. extr. de jurejur. motus c. pen. de pignoribus. De cuius tamen sententiaz veritate dubito. Si enim juramentum non vi, non dolo, sed sponte præstitum, nec in alterius præjudicium redundans, nec vergens in dispendium salutis æternæ, est servandum; (quam regulam non negat Cujac.) quidni etiam hoc jusjurandum quod legi commissoria adjicitur, servari debeat, quantumvis alioquin contra leges sit? Gail. 2. O. 40. num. 4. Coll. Jur. Arg. ff. de pignor. th. 15. Rittershus. de differ. Iur. Civil. & Canon. lib. 3. cap. 4. ubi solutionem suppeditat ad Cujacii fundamentum.

VI.

Objectum legis commissoriæ, sunt res in principalem contractum emptionis deducere, cum suis accessoriis, fructibus, commodis & damnis, quæ hinc inde præstanta veniunt: quemadmodum in effectu dicetur.

VII.

*Forma commissoriæ pacti requirit, ut in ipso contractu
(a) agatur inter contrahentes, quod res debeat esse inempta, (b) duabus conditionibus. Una, quam verba ex primunt; si pecunia soluta non erit. (c) Altera, præter verba, ex legum, & contrahentium sententia, videlicet, si peccunia non soluta vendor lege suâ uti velit, (d) id est, declareret se velle rem inemptam esse.*

(a) quo tempore generaliter contrahentes legem ventionis dicere possunt quallem volunt, per vulg. ex intervallo vero si adjiciatur pactum commissorium, neque quoad rescissionem contractus, neque quoad reversionem dominii ipso jure, quicquam operabitur, adeoque nomen commissoriæ conventionis vix merebitur: hæc idèo, quod post perfectam ventionem, fecutamque traditionem, non nisi integris, aut in integrum restitutis omnibus, ab emptione discedi possit, ne quidem mutuo consensu, l. ab emptione ss. ff. de pact. vid. quæ eleganter tradit Vasqu. illustr. contr. lib. 6. cap. 69. num. 7. Gomez. var. resolton. 2. cap. 2. num. 30. ant. fin. Tyraquell. tom. 3. de retr. convent. §. 1. gl. 7. num. 4. allegans glof. in d. l. ab emptione ss. verb. cogaris, ff. de pact. quam glof. perpetuò mente tenendam monet Ang. ibid. & commendat Bald. in l. 2. C. comm. de leg. Salycket. Phil. Dec. in l. traditionibus 29. C. de pact. Paul. Castr. in l. l. in fin. C. de donar.

(b) in

(b) inempti, & invenditi, voces sunt solennes in leg. commissoria, ut constat ex l. 4. s. l. ult. ff. b. t. l. 38. ff. de minor. l. 6. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 6. §. 1. ff. de divers. & temp. præscript. l. 10. §. 1. ff. de rest. vend. non tamen sunt formales, sed sufficiunt (nudis namque verbis vix imponenda lex est, l. 2. C. comm. de leg. Molin. tract. de usur. num. 365.) verba æquipollentia: ut sunt omnia, quæ important contractus resolutionem directè & ipso jure, ut eleganter & late deditur Molin. in consuet. Paris. tit. 1. de siens. §. 23. (in editione vetust.) gl. 2. n. 11. subiiciens, notandum esse, quod verborum directorum & ipso jure resolutivorum, quædam sint directa & resolutiva ex propriâ sui formâ & figurâ, ut illa; res sit inempta, vel invendita, de quibus in alleg. ll. quædam verò sint directa & resolutiva per antecedens necessarium, ut ea quæ executionem facti important, & sic necessariâ resolutionem ipso jure præsupponunt, pro ut ista; quod si non fuerit solutum, licet venditori rem vindicare, aut etiam vendere &c. Et est ratio redditâ à Gothofred, ad l. 2. ff. b. t. lit. t. quod expresso effectu, ipsum quoque efficiens censeatur expressum: ac qui vult consequens, is utique & antecedens necessarium ad illud voluisse ac disposituisse intelligatur, l. illud, ff. de acq. vel omit. hered. At quid si pactum concipiatur non per eiusmodi verba, pro ut dixi, merè directa, sed ita, quod res tradita ad venditorem debeat reverti, vel, quod non solutâ pecuniâ à venditione recedendum sit, cum simil. quæ inflexa vel obliqua sunt verba, ut demonstrat Tiraquell. in l. si unquam. C. de revoc. donat. verb. revertatur. n. 5. & 8. Bart. & Salycet. in l. 3. C. de past. int. empt. & vend. Fab. de Mont. Sanct. Sabin. in tract. de empt. vend. in 7. q. princ. col. 5. vers. secundò querò, quæritur, an pactum commissorium hoc censendum sit? Molin. d. loc. n. 14. ita concludit: quia hic appetat sati de intentione contrauentum, qui ad resolvendum contractum ista verba voluerunt apposita, per ea non fecus ac in diem additione solutionem induci, legemque commissoriam rectè conceptam esse per text. l. signis hac lege 41. in princ. ff. de R. V. quod tamen ab eodem Authore in tract. de usur. n. 364. videtur restringi ad commissorium propriè sumptum, à quâ restrictione non multum recedit Negusant. de pignor. membr. 3. p. princ. 4. n. 2. statuens: quod si pactum concipiatur per verba obliqua, quæ non important retranslationem dominii ipso jure in venditorem, sed requiritur re-

B 3 traditio

67.

3

7

7-23

traditio vel restitutio rei, & sic factum hominis, tunc non dici patrum legis commissoriæ, sed pactum simile pacto legis commissoriæ, ut declarat glos. in text. l. i. verb. pertineret, & in l. 3. C. de patr. int. empt. & vend. compos.

(c) l. 2. l. 4. pr. l. 5. ff. b. t. l. 6. §. 1. ff. de contr. empt. solutionem intelligo non modò veram, cum naturaliter numeratur pecunia l. solutam. 49. ff. de solut. sed & eam quæ modo quodam, seu quasi solutio dici consuevit, ut est compensatio l. 4. ff. qui pot. in pign. t. s. ff. de compens. Acceptilatio, t. t. ff. de accept. l. 4. C. de transact. §. 4. Inst. quib. mod. toll. oblig. l. 7. §. 1. ff. de lib. leg. novatio l. 1. §. 3. ff. de ann. leg. omnis deniq; liberatio, l. 5. 4. ff. de solut.

(d) l. 2. 3. 6. princ. & §. ult. ff. b. r. Ratio huius peti potest, 1. ex fine conventionis, quam totam ad utilitatem vendoris in pecunia ei solvenda comparatam esse, appareat ex dd. ll. 2. Ab iniquo & absurdō, quæ pars attingitur in d. l. 2. Nam si res posita erit in arbitrio emptoris, ut pecuniā non solutā res fiat inempta, si velit; eveniet, ut, quotiescunque illi visum erit, res inempta fiat; est enim in eius potestate non solvere: hoc amplius, ut si res interim perierit, non sit periculum eius, sed vendoris: quorum utrumq; & ini-
quum est, & absurdum. Iniquum & contra ius, ut sit in potestate ob-
ligati ne debeat, efficere, l. 2. ff. de eo quod cert. loc. l. 7. princ. ff. de con-
trah. empt. Contra ius & illud, ut contracta emptione periculum
rei venditæ ad emptorem non pertineat, l. 1. C. de peric. & comm. rei
vend. §. cum autem, Inst. de empt. vend. Absurdum autem; tum, ut
morā suā, & delicto consequatur emptor, ne teneatur; id est, ut morā
sua ei profit, quæ omnibus nocere debet, l. in condemnatione. §. un-
nicuiq; ff. de R. I. l. 37. ff. mandat. tum etiam, ut id quod in vendoris
favora introductum, in ipsius iniuriam torqueatur contra l. 6.
Cod. de ll.

VIII.

Accidunt huic pacto: quod fiat, i. vel adiecto die, (a)
vel sine die: (b) 2. item accepta precii parte, (c) vel non
accepta: (d) 3. Interdum etiam sic, ut arrharum nomine
quid detur vendori, (e) vel non detur: (f) 4. Aut etiam,
ut fructus interim percepti, lucro cedant emptoris,
in casum quo fundus inemptus erit: (g) 5. vel denique,
ut,

ut, si propter conditionem existentem, venditor ad se re-versum fundum vēdiderit alii, quantō minoris cum ven-diderit, id à priore emptore exigat. (b)

(a) l.2.l.4.princ.l.5.ff.b.t.l.6.§.1.ff.de contr.empt. l.traiectitie
23. ff. de O. & A.

(b) quamvis ubiq; ferè in iure p̄fixa sit & expressa certa dies solutionis, à qua p̄finitione incipit & concipiatur illud pactū; tamen illa p̄fixio diei, & illa formula concipiendi dicti pacti, non est de forma; quia licet fuerit omissa, tamen nihilominus est pactū commissorium, ut ex pressim decidit Bald. in repetit. l. AEmilius, in princ.n.12. ff.de minor.per l.s̄t quis hac lege. 41.princ. ff. de R. V. & faciunt hoc rationes Molinæ. in confuet. Parv. tit.1.de fiefs. §.23. (in editione vetust) n.12.in fin. & n.13.cui subscribit Coll. Jur. Arg ff.b.t.th.6.

(c) l.38.princ. ff. de minor.l.3.C.de pact.int.empt. & vend.com-pof. de cuius effectu vid. th.10. lit.e.

(d) l.2.4.5.ff.b.t.l.6.§.1.ff.de contrah.empt.

(e) l.6.princ.l.8.in princ. ff.b.t.l.1.C.de pact.int.empt.

(f) ut paſſim ff. b. t.

(g) pacto hoc effici posse receptissimum esse testatur Ant. Fab. de error. Pragmat. decad.22.err.2. ipſe tamen improbat, secun-dum id quod ſæpius inculcavit, conventione fieri non posse ea quæ ſunt impossibilia, in quorum genere potissimum illa ſunt, quæ im-plicant contradictionem; ut in hoc caſu; fundum fieri inemptum, & fructus iure emptionis retineri. vid. Resp. Bachov. ad Treut. vol. I. D. 28. th. 9. lit. d. in fin.

IX.

Effectus legis commissoriae, alii ſunt intra tempus conditionis, alii conditione pacti existente. Intra tempus conditionis, effectus principaliores tres ſunt. Primus in re ipsa: quod, cum pura ſit venditio, (a) empor interim in-telligatur rei traditæ verus dominus. (b) Alter in fructi-bus atq; commodis: quod mediotempore, antequam lex committitur, hæc omnia venditor ſua ſibi, suoq; jure faciat. (c) Postremus commissoriae effectus concernit in cō-modis & pericula: quod interim illa empori incubat. (d)

(a) nec

(a) nec enim conditio ipsi venditioni, (ut putavit Sabius) sed eius dissolutioni adiicitur, ex recepta aliorum Jutorum sententia, Duaren. priuc. ff. h. t. Et hoc est quod dicit Ulpianus: si res legi commissoria veneat, emptionem, perfectam sc. magis resolvi sub conditione, quam sub conditione contrahi, l. i. ff. h. t. consentit Paulus in l. 2. §. Sabinus. ff. pro emptor.

(b) hoc cum distinctione: ut, siquidem vendor dominus rei traditæ non existat, usucapiendi conditio ad emptorem interim transferatur, l. 2. §. 3. ff. pro empt. junct. l. i. ff. h. t. arg. l. 2. §. 1. ff. de in diem addit. l. Clavibus. ff. de contrah. empt. Sin verò dominium vendoris fuisse nesciatur, tum demum iuxta thesim, id ipsum in emptorem transeat, & quidem verè, arg. l. 31. ff. de A. R. D. §. 42. Inst. de R. D. l. si quis 41. princ. ff. de R. V. l. ubi autem 4. §. sed & Marcellus 3. ff. de in diem addit. l. 2. §. 3. & 4. ff. pro empt. Duaren. ff. h. t. pr. Felic. de Sol. lib. i. de cens. c. 6. n. 9. Coll. Jur. Arg. ff. b. t. th. 3. Bachov. ad Treutl. vol. I. D. 18. th. 9. lit. d. Hancque communem quidem omnium fere Doctorum, suo tamen judicio falsam ait opinionem Valsq. lib. 6. illustr. controvers. c. 69. n. 1. ad stipulatore ex paucis Donell. ad l. 20. C. de palt. n. 10. Sed, ut videtur, ipsum potius Vasquium ac Donellum, quam Doctores, fundamentum assertio- nis de ficit: nec enim probatum haec tenus ab iis, quod is, qui rem suam sub lege commissoria venditam tradit, non habeat fidem de precio, & ideo dominii translatio cesset, per text. §. 41. Inst. de R. D. l. 19. ff. de contrah. empt. quin magis, semper lege commissoria adiecta fidem haberi de ptecio, probabile est, propter l. 5. ff. h. t. & aliás quoque, quando tempus indulgetur, & solutioni præfigitur terminus, idem esse probat post glos. ordinat. in l. in civile 12. C. de R. V. Frid. Tilem. p. 1. disp. 24. th. 31. Schneidev. ad d. §. vendor. Inst. de R. D. n. 5.

(c) l. 5. ff. h. t.

(d) l. 2. in fin. ff. h. t. §. cum autem, Inst. de emp. vendit. l. ne- cessario, ff. de peric. & comm. rei vend. iuxta regulam iuris: Eum qui commoda sentit, in commoda quoque sentire debere, l. 10. ff. de R. L.

X.

Existente conditione (a) commissoriae conventionis effectu hi sunt. 1. Quod pecuniā nonsolutā, (b) si quidem

quidem venditor lege suâ uti velit, (c) resolvitur contra-
etius, (d) cum suis accessoriis: (e) 2. dominium ad ven-
ditorem revertitur ipso jure, & sine retrotraditione: (f)
3. Et deniq; paratæ sunt tam personalis, (g) quam realis,
(h) actiones venditori, (i) pro diversitate casuum, qui-
bus hanc, vel illam intentari conveniens est.

(a) exsistit autem conditio, non eo ipso die, in quem solu-
tio collata fuit; hic enim totus arbitrio solventis relinquitur, §. 2.
vers. at ne eo quidem ipso die, Inst. de V. O. l. 41. §. 1. l. 42. l. 118. §. 2. ff. de
V. O. §. pen. Inst. de inutil. sfp. Sed tūm demum, quando præstitutus
solutioni dies omnīnō præterit, l. 38. ff. de minor. & dd. ll. Etsi non
interpellatus à venditore, pecuniam non obtulerit emptor, l. 4. §.
ult. ff. b. t. Quod jus & ad omnes in diem obligationes pertinet, ut
in his, ipso diei lapsu, mora fieri intelligatur, l. magnam C. de contr.
& commit. sfp. Interpellat enim, ut noſtris fandi mos est, dies pro
homine, & celeri cursu festinans, debitori triste nuncium, niſi au-
rum tinniat, prædictis, juxta illud Ovid.

*Qui puteal, Ianumq; timet, celeresq; Calendæ,
Torqueat hunc eris mutua summa sui.*

Quod si verò sine appositione certi temporis, commissoria lex sit
dicta, veluti, si precium non solverit emptor, fundus inemptus esto,
non ante emptorem incidere in pœnam commissi, quam venditor
egerit, & item contestatus fuerit fundi recipiendi causa, scribit
Cuiac. tr. 7. ad Afric. in l. 23. ff. de O. & A. in fin. & sequitur Coll.
Jur. Arg. ff. b. t. th. 6.

(b) intellige, non ſolum quando pecunia planè ſoluta non
fuit, ſed etiam, quando non fuit iuste & legitime ſoluta, per reg.
quod paria ſint non fieri, & non rite fieri, l. 6. ff. quisatisd. cog. Ju-
ſte autem riteq; fieri ſolutio quæ dicatur, hoc ex variis, maximè au-
tem (ut cætera præterea) & præcipue ex præſtandi tempore, præ-
ſtandi loco, & quantitate præſtationis alſimandum venit. Tem-
pus, determinationem habet communiter ex conventione parti-
um, quibus invitis, nec extensionem patitur, neq; etiam reſtrictio-
nem. Non extensionem: ſicut enim generaliter receptum, quod

C post

69.

3

7.

7 - 23

post diem non recte solvatur, l. 12. §. 1. ff. de V. S. §. 34. verf. tempore, Instit. de aet. unde & Callistrat. solidum, inquit, non solvit non minus quantitate, quam die, l. solidum, ff. de solut. ita in leg. commiss. alisque obligationibus, quibus dies & poena est apposita, speciatim, & in tantum hoc obtinet, ut nec moræ purgationi locus sit, l. trajectitie in fin. ff. de O. & A. l. Celsus ait, ff. de recept. arbitr. l. magnam, ibi obnoxius, Cod. de contrah. stipulat. propter solicitam scilicet provisionem contrahentium, & enim circa obligationem voluntatem, quā id actum, ut qui semel ad diem non solutā pecunia in pecuniam incidit, solvere se ab ea non possit, ne aliquin & dies & poena frustra adscribatur, ut evincitur ex d. l. Celsus. & facit hoc quod Baldus, in l. AEmilius, ff. de minor. num. 18. Lex commissoria, inquit, absorbit contractum, & sic secum traxit executionem contractus assumptione; ergo nullum preium, nulla oblatio, nec consequenter moræ purgatio, Bartol. in l. si insulam num. 4. ff. de V. O. Franc. Aret. in l. qui Roma. §. Callimachus, ff. de V. O. Cuiac. in tract. 7. ad Afric. in explicat. d. l. trajectitie. Ferret. tract. de mor. num. 57. Borch. tract. de V. O. cap. 7. & 8. num. 189. Atum. de mor. cap. ultim. num. 8. Restrictionem quoque determinatum tempus invitis partibus non patitur, ideoque frustra ante diem petitur, §. omnis, Inst. de V. O. frustra etiam ante diem creditoris solvitur invito, l. Si soluturus 39. l. qui decem 72. in princ. ibi: ille sine justa causa accipere recusavit, & l. creditor 102. ff. de solut. AEmilius Ferret. ad l. stipulatio ista habere licere, §. inter incertam, ff. de V. O. Cuiac. 23. O. 23. Vigel. in method. Iur. Civil. lib. 23. cap. 9. exc. 33. replic. 1. dupl. 1. Borch. de V. O. cap. 6. num. 3; Nobil. & Ampliss. Dn. Praecept. & Promot. Bocer. C. 4. D. 19. th. 41. Coll. Jur. Argent. ff. de solut. thes. 13. num. 10. Unde consequitur: quod si ante diei quidem in quem lex commissoria concepta erat, adventum, per venditorem factum est, quo minus preium solvi posset, postea vero venditore accipere parato, emptor in mora sit, vendor, nisi quid eam re dolo fecerit; lege suâ adversus emptorem recte utetur. argum. l. 51. ff. de aet. empt. Quemadmodum autem tempus justum, ita & locum opportunum, (de quo Donell. 16. comm. cap. 11.) & debitæ quantitatis integrum præstatio-

stationem exigit solutio , Dn. Bocer. Cl. 4. D. 19. thes. 31. Si modò legitimæ solutionis vim obtinere debeat. Non ergò excusat emptorem , si vel alio , quo debebat , loco solvere paratus fuerit ; vel minima etiam precii pars post diem adhuc persolvenda restet , Vigel. lib. 5. meth. jur. contr. reg. 12. except. 17. adeò , ut etiam ob unicūm nummūm , qui adhuc deest , commissoriā exerceri posse tradat Bald. ad rubric. C. de contr. empt. num. 18. Frid. Tilem. p. 1. disp. 24. thes. 20. quod tamen Peig. de palt. retray. cap. 18. ad eum easum vult restrictum , quando emptor de industria liciens prudensque ita ut dictum , non solvit , secus si per errorem calculi ; tunc enim tam exiguum defactum minimè nocit turum autumat . Contrà disputat Tiraquell. tom. 3. de retratt. convent. §. 4. gloss. 6. num. 31.

(c) est enim , (ut supra latius expositum) in venditoris adhuc arbitrio positum , malitiae valere , vel rescindi contractum : Elecione autem semel facta , variare non licet , l. 4. §. 2. l. 7. ff. h. t. l. 4. C. de palt. int. empt. cum elecione jus queratur emptori , quod variatione venditoris illi interverti nequit , Welenbec. in par. ff. h. t. vid. thes. 12. lit. a.

(d) l. 2. ff. h. t. & sicut conditio suspensiva hoc operatur , ut è existente , retrò contractus purè celebratus fuisse credatur : ita ex adverso facit hæc conditio resolutiva , ut retrò nihil actum , adeòq; nunquam contractus celebratus fuisse videatur , l. 19. ff. de usurp. & usuc.

(e) fructus ergò quos emptor sibi interim percepit , ex quo resoluta venditione titulus defecit , retinere amplius non potest , l. 4. pr. l. 5. ff. h. t. licet de hisce restituendis nihil specialiter convenit , dd. ll. quod insuper æquum sit , nihil penes eum residere ex re , in qua fidem fecellit , d. l. 5. Quanquam , ut alijs abundans cautela non nocet , eq; quæ ipso jure insunt , omnis dubitationis tollendæ causa contractibus sèpè inferuntur , l. 5. 6. pr. ff. mandat. & arg. l. ult. §. 1. ibi : & venditor ea prædia venisse nollet & c. ff. de res. vend. ita nihil officit nominatum in lege commissoria exprimi , ut fructus , quos interim emptor percepit , re inempta facta restituantur , l. 6. §. 1. ff. de contrah. empt. quæ tamen restitutio cessat , si jam partem aliquā precii

C 2 dedit

dedit emptor: id est, quod, cum hoc casu datum premium perdat; ut
mox disetur, humanitatis ratio suadere videatur, ut viciissim fructus
lucetur, l. 4. §. 1. ff. b. t. nisi aliud nominatum inter contrahentes
actum. *Arrharum* etiam, vel alio nomine si quid dederit emptor,
resolutio contractu perdit, l. 6. pr. l. 8. pr. ff. b. t. l. 1. C. de part. int.
empt. l. 25. pr. ff. de petit. her. duabus id de causis: tum, quod rescis-
sa emptio in principali, non potest tenere in arrha tanquam accesso-
rio ad eius repetitionem: tum etiam in poenam morte à parte em-
ptoris commissa, W. in par. ff. b. t. Unde resultat aliqua differen-
tia inter legem commissoriam, quae, ut dixi, amissionem arrharum
operatur, & addictionis in diem, in qua id iure traditum non est,
nec immittere; quia in hac nulla culpa emptoris est, si alias melio-
rem conditionem adferat; ideo nullum delictum quod poenam in-
vitet: cum non sit poena nisi delicti coercitio, l. aliud est fraus, ff.
de V. S. Quod contra fit in emptione resoluta ex lege commissoria;
ex qua ideo committitur conventio; quia emptor venditorem fru-
stratus pecuniam suā die non solvit. Illud postremū utilissime hic
querit Gothofred. ad l. 1. verb. resolvi, ff. b. t. an id quod ob con-
tractum, laudiniorum, vel gabellarum nomine, domino, fiscove
solutum, per condicōnem repeti possit contractu ad irritum sic
deducto? Ita placet Petr. de Bell. Perr. in l. fin. §. sed quia, C. comm.
de leg. Paul. de Castr. in l. ab emptione § 8. ff. de part. num. 2. & in l. 1.
C. quand. lic. ab empt. disced. fin. col. Bald. in l. 20. C. de part. & mo-
ventur ratione: quod resolutio ista retrotrahatur ad tempus con-
tractus, ac si si nunquam celebratus fuisset, l. 19. ff. de usurp. & usur-
adeq; omnes eius cessent effectus l. 11. §. 1. ff. qui pot. in pign. Con-
tra sentit Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 1. num. 31. & Coll. Jur. Arg.
ff. b. t. thes. 13. hoc fundamento: quod contractus fuit pure & sim-
pliciter celebratus, & semel valuit, & fuit perfectus, ac per conse-
quens ius quæsumus domino fiscove, quod sine proprio facto illis
auferri vix potest, arg. l. ult: ff. de part. l. 11. ff. de R. I. atque ita in
terminis quoq; tenet Bald. in l. fin. §. fin autē, C. comm. de leg. hoc amplius subiiciens: quod si gravatus restituere rem sub cōdītione, eam
vendat interim, valeat alienatio, debeaturq; gabella, licet postea ad-
veniente conditione resolyatur cōtractus & alienatio; quod defēdit

Plat.

Plat. in l. sancimus 4. C. de consul. & non ff. arg. & c. lib. 12. & videtur affirmantium rationi, quod resolutio retrotrahatur, ita obviari posse, quod intelligi possit illud respectu contrahentium, non vero respectu fisci vel alicujus tertii, ut animadvertisit Gomez, & Coll. Jur. Arg. dd. locis.

(f) quod à contrario sensu probat l. ult. ff. b. t. & apertius l. s. ff. eod. & l. 4. C. de past. int. empt. & vendit & fac. arg. l. 4. princ. ff. de R. I. & hæc est communissima Dd. sententia in l. 20. C. de past. & in d. l. 4. C. d. t. Bart. in l. in diem, ff. de aq. pluv. arc. Dec. conf. 187. n. 4. Aret. & Alex. in l. qui absenti, §. 1. ff. de acq. pos. Tiraq. rom. 3. de retr. convent. §. 1. gl. 7. n. 13. cum seqq. Duaren. ff. b. t. Mynsing. cent. 6. O. 69. n. 3. Donell. 16. comm. c. 19. Coll. Jur. Arg. ff. b. t. th. 10. Quod sanè mirum videri possit, cum dici soleat, dominia traditionibus transferri, non pactionibus, d. l. traditionibus 20. C. de past. traditionem vero facti esse, ideoque nec conventione ullà fieri posse, ut, quod factum, pro infecto habeatur. Sed ratio videtur Fabro de err. Pragm. decad. 22. error. 1. quia non omnis traditio transfert dominium, sed ea de-
mum quæ non est nuda, id est, quæ causam habet, & quidem justam ac legitimam, qualis est illa quæ sit ex tit empt. L. unquam nuda, ff. de A. R. D. Proinde tam diu duntaxat potest ea traditio prodesse ad do-
minium transferendum, quamdiu emptio subsistit; quæ deficiente,
habeti debet perinde, ac si sine titulo emptori res tradita fuisset,
quo casu dominium non haberet, siccq; ab eo idipsum ad vendito-
rem reddit: ita ante Fabrum etiam Cyn. Din. Bald.. in d. l. 20. & in l. 1.
ff. de leg. comm. & ita consuluit Alex. conf. 10. n. 4. lib. 1. Ast Fernand.
Vasq. (qui, ut th. prac. lic. 6. notavi, existimat, male tamen, in em-
ptorem nunquam transisse dominium: ut sic ex ipsius judicio fru-
strè quis sollicitus sit de reversione dominii; siquidem cessante
transitu, male queritur de reditu) illufr. contr. lib. 6. c. 69. n. 3. ratio-
ni quæ movetur Faber, contendit adversari omnes non modò leges,
sed & titulos ff. & C. de condic. ob caus. & ff. & C. de condic. fin. caus. in
quisibus, licet titulus, & causa dandi, vel non impletatur, vel ad non
causam redigatur; tamen dominium quod abscessit, non reddit ipso
jure; sed datur condicō, id est, actio personalis, ad rem repeten-
dam. Et ergo Dd. alii specialitatis causam ponunt in frequentia, ut
addictionis in diem, ita & pasti commissorii, Bart. Cuman. Ang.

C 3 in d.

71

3

7

7 23

in d.l. 1. ff. de donat. quam à plerisque receptam sentiunt Tiraquell.
d. loc. num. 8. Covarr. libr. 3. resolut. cap. 8. pro qua ratione facit in
simili rex. in l. justo errore, in princ. ibi; propter assiduum & quotidiana
comparationem servorum ita constitui, publicè interfuit: nam fre-
quenter &c. ff. de usurp. & usur. Ex quibus facile intelligitur, speci-
ali favore prosequenda fore ea, quæ frequentiora sunt, ut pacta
hæc duo; de quibus ideo Legislator specialem quandam curam
habuit, illisque titulos peculiares & speciales assignavit, de in-
diem addict. & de lege commissoria: quæ omnia si forte cui displicant,
aliter non possum, quam ut ad l. 20. ff. de ll. configiam.

(g) ex vendito scilicet: tam de re venditâ, quam fructibus
interim perceptis, nec non in quantum deterior res vendita ab
emptore effecta est, text. int. 4. princ. ff. b. t. ac denique de quo-
cunque speciali pacto in continentis contractu apposito conve-
nit, ut ab emptore venditori præstaretur, id hæc actione consequi
venditor poterit, ut exemplum est in l. 6. §. 1. ff. de contrah. empt.
& in d.l. 4. §. 3. ff. b. t. Nec conturbari debemus, (sunt verba
Pomponij) quod inempto fundo facto, dicatur, actionem ex ven-
dito futuram esse: in emptis enim & venditis potius id quod actum,
quam id quod dictum sit, sequendum est, & cum lege id dictum
sit, appet hoc duntaxat actum esse, ne venditor emptori, pecu-
niâ ad diem non solutâ obligatus esset: non ut omnis obligatio
empti & venditi utriusque solveretur, d.l. 6. §. 1. ff. de contrah. empt. Fab.
de Mont. Sanct. Sabin. de contrah. empt. quæst. princ. 7. n. 12. in fin.
C.I.A. ff. b. t. th. 10. in fin. Vigel. method. Iur. Civil. p. 5. lib. 18. t. 5. reg. 8.

(h) puta rei vindicatio l. ult. ibi: ut à venditrice vindicari
debeant, ff. b. t. l. 4. C. de pact. int. empt. & vend. quod tamen male
restringi videtur à nonnullis ad eum casum, quó precaria saltem
possessio rei, non voluntate dominii transferendi, fuit tradita, ut
semper in dubio ita factum esse dicit Cujac. lib. 2. Obs. cap. 5. ex l. 3.
C. de pact. int. empt. & vend. l. Julianus, §. possessionem, ff. de act. empt. l.
ea que, ff. de preclar. male inquam, per adducta th. 9. lit. b. Nec etiam
placet sententia existimantium, ut si direcchè pacti sint contrahen-
tes, vindicatio detur; si vero oblique, ex vendito duntaxat agendum
sit, Gomez. lib. 2. resol. c. 2. n. 30. Duaren. ff. b. t. de effect. cond. exist.
convelluntur enim hæc ipsa, tum, quod commissoria propriè dicta,
in-

inflexis, vel obliquis verbis contenta non sit, *tb.7. lit. b. tum*, quod priori casu, præter vindicationem, in personam etiam agi possit, *l. 4. pr. ff. b. t. nec id mirum videri debeat, per ea quæ tradit Coll. Jur. Arg. ff. b. t. tb. 10. in fin.*

(i) emptori contrà hoc casu nulla prodita est actio, nec ad premium, quod jam pro parte solvit, recuperandum *l. 4. §. 1. ff. b. t. fac. l. 2. 5. print. ff. de her. pet.* nec ad reperendas si quas dedit arrhas, *l. 6. pr. l. 8. print. ff. b. t. l. 1. C. de pact. int. empt.* Sed neq; furti nomine, quod servus, qui ex hac leg. inemptus factus est, interim emptori fecit, cum venditore agi potest, *l. 67. §. 2. ff. de furt.* Coll. Jur. Arg. *ff. b. t. tb. 12.*

I X.

Affinia huius conventionis sunt pacta reliqua quæ respiciunt contractus perfecti resolutionem certâ aliquâ conditione existente: quorum præcipua sunt hæc. 1. Pactum, ut, si venditor premium quod ab emptore accepit, intra certum diem reddiderit, fundus sit inemptus: (a) pactum additionis in diem: (b) pactum illud, de quo in *l. 6. C. de pact. int. empt. & venditorem*: (c) pactum, ut nisi res intra certani diem placuerit, inempta sit, (d) aut venditori redhibetur: (e) Et deniq; pactum retrovenditionis. (f).

(a) ut in singulari specie *l. 7. C. de pact. int. empt. & vend.*

(b) quando res traditur sive colloquatur penes emptorem hâc lege, ut, si quis intra certum diem meliorem conditionem attulerit, licet a venditori, alii sive posteriori, sive ex posteriori venditione addicere *l. 17. l. 10. 11. l. 13. pr. l. 14. §. 1. 2. 3. l. 19. ff. de in diem addit.* Cujac. tr. 3, ad Afric. in *l. 18. ff. d. t.* Dn. Bocer. Cl. 2. D. 3. *tb. 33.* Coll. Jur. Arg. *ff. d. t. tb. 1.* Hillig. ad *Donell. 6. commun. c. 18. lit. A.*

(c) cuius facti speciem cum Cujac. in recit. ad d. t. tales constituo. Vendidit aliquis precio exiguo præmium suum, eâ lege, quo inde ab emptore aleretur: & stetit venditor sub hâc conditione, ut alimentis non præstatis dominii jus in pristinam suam causam, hoc est, ad venditorem reverteretur. Alimenta non præstantur: queritur, quid juris? Rescribunt in *d. l. 6. Imp. pp. refuso emptori precio, cogi eundem posse, ut præmium cum fructibus restituant.*

(d) ut:

(d) ut in l. 3. ff. de contrah. empr.
(e) l. 31. ff. de ædit. edict. l. 6. ff. de resc. vend.
(f) Est autem pactum hoc, conventio, quâ res ita venditur,
ut quandocunq; vendorit, vel heredes ejus, premium acceptum re-
stituerint, vel, si intra certa tempora obtulerint, ea res vendoriti re-
vendatur, restituatur, l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. Cujus occasio-
ne investigare hic lubet in duarum quæstionum utilissimârum veri-
tatem. 1. an verbum hoc *quandocunq;*, in infinitum sit producen-
dum, ita, ut juri offerendi præscribi nequeat? 2. quonam actionis
genere succurratur illi qui pacto retrovenditionis sibi prospexit?
Ad prioris enodationem, videntur facere ea quæ scribit Mynsing.
Resp. 31. n. 13. qui alias citat ibid. n. 14. quando verba hæc *quotiescumq;*,
quandocunq;, applicantur temporis, tunc ea necessariâ intelligi de
prohibitione præscriptionis: quia, ait, verisimile est ita intellexisse
partes, licet in dispositione legali fecerit, ut eod. loc. subjicit: quem-
admodum etiam ex communiori sententia pacto tolli præscriptio-
nem posse tradit Tiraquell. de retract. consang. §. 1. gl. 2. num. 14. Socin.
conf. 86. incip. in causa communii. vol. 1. Zal. conf. 15. n. 22. vol. 2. &c ergo pro negativa concludunt, aliisque insuper rationibus stabilient
Gomez. lib. 2. resol. c. 2. n. 18. Zolanett. de empt. vend. sub pact. de retrac-
n. 3. & seqq. Borch. de usur. c. 6. n. 18. Covarr. lib. 1. resol. c. 9. n. 6. Curt.
Jun. conf. 33. n. 8. incip. præsupponitur in facto, vol. 3. quæ etiam frequen-
tissimis Cameræ Imperialis præjudicis robôrata, teste Mynsing.
cent. I. O. 16. & Resp. 31. n. 17. Cantiunc. conf. 17. ad fin. n. 44. Undè ab ea
consulendo & judicando recedendum non videtur, secundum illud
Zal. in l. 32. pr. ff. d. ll. quod stylus & obserratio Cameræ, maximè in
dubiis juris articulis, pro stylo & obseruatione Orbis Romano-
Germ. haberi debeat, quo pertinet doctrina l. 1. §. eodem autem recto,
ibi: & ait Sext. sic esse sapè judicatum. Et §. impuberi, ibi: & solet hoc usū
observari &c. ff. ad SC. Silan. l. 39. §. Si Stichum, ibi: Labeonis & Offsij
sententia rationem habet, sed hoc jure utimur &c. & l. Labeo 21. ibi: mo-
rem agentium sequi debemus, ff. de Sratulib. l. 2. ibi: probatis ijs, que in oppido
frequenter in eodem controversialium genere servata sunt, C. de adfic. pri-
vat. Unde etiam recte scripsit Fichard. ad Baptis. à Vill. vers. pact.
de retrayendo, in comm. opin. sperare se, totam hanc controver-
siam apud Germanos propter notoriam Cameræ Imperialis obser-
vatio-

vationem in Imperio deinceps scepitam fore, ita subjiciens, confluentur porrò super illa qui velint, &c. Hæc ille. Quanquam si ad principia Juris Justiniane, quo actiones omnes, omniaq; jura 30. annorum præscriptione regulariter excluduntur & tolluntur, l. 3. C. de preser. 30. vel 40. ann. l. 1. C. de annal. except. recurrentum eset, contrarium fortè verius videri posset. Circa posteriorem quæstionem, alii personali ex vendito, vel præscriptis verbis; alii reali facient actioni. Prius rectissimè defendant Zas. conf. 12. n. 33. cum multis seqq. lib. 1. ubi n. 4. post. princ. versic. dimitto &c. planè confidenter scribit, hanc doctrinam esse manifestam, & ita manifestam, ut ejus contrarium puter esse impossibile, Mynsing. cent. 6. O. 69. n. 6. Hartm. Pistor. lib. 1. quæst. jur. quæst. 2. n. 7. & pañim aliis, quos citat Covarr. lib. 3. var. resol. c. 8. n. 2. Dn. Boce. Cl. 2. d. 3. th. 53. freti potissimum omnes rescripto Imperatoris Alexand. inl. 2. C. de pac̄. int. empt. & vend. compos. & (ut cætera omnia præterea) hoc fundamento: quod pactum revenditionis immediatè emptionis contractui adjectum, pars pretii, & consequenter pars ipsius contractus dicitur in l. fundi partem 79. ff. de contrah. empt. Bald. in l. solam 4. n. 20. C. de test. Ergo ejusdem naturæ & effectus erit, cuius ipse contractus: quomodo enim pars dissideret à suo toto, contra l. qua de tota 76. ff. de R. V. ac per consequens, pactum hoc non ad realem, sed personalem proderit actionem: quicquid etiam Paulus de Castr. (qui quasi primus & author adversæ sententiae videtur) in l. si cum venderet, 12. ff. de pign. act. eumque secuti Dec. tons. 614. n. 4. Socin. Jun. conf. 129. num. 2. Covarr. var. resol. lib. 3. c. 8. n. 3. & multi alii, in contrarium proferant: quorum tamen opinio, (Si modò verum quod Bald. in l. ea lege 3. num. 12. & 13. C. de cond. ob caus. dat. scribit, quod non adeò sit ipse civile in leg. commissor. quod dominium ipso jure revertatur, quin sit idem in omnibus pac̄is habentibus vim resolutivam principii contractus & traditionis, quem sequuntur magno cumulo allegati Dd. à Tiraquell. de retr. convent. §. 1. gl. 7. n. 15.) quorum, inquam, opinio, eatenus, & cum hac distinctione tolerari posset, si pactum de revendendo verbis directis conceptum eset, v. c. Volo, ut factâ revenditione oblatoque precio fundus ad te reversus sit: quo casu non secus ac in leg. commissor. ipso jure dominio reverso, juxta Tiraquell. deretr. convent. §. 1. gl. 7. num. 4. Roland. à Vall. in

D

conf.

conf. 62. num. 41. lib. 1. Fachin. lib. 2. contr. c. 15. & alios ab ipso allegatos, rei vindicatio competenter contra omnem possessorum, ad eumque etiam singularem successorem, quod alias alienum à personali actione, l. fin. §. fin. ff. de contrab. empt. l. 1. §. si heres, ibi: neg. enim aris alieni personalis actio fundum sequitur, ff. ad SC. Trebell. l. non. adversus 15. C. si cert. pet. l. eum 13. C. de O. & A. Bald. in l. 28. ff. de minor. num. 34.

XII.

Ad contraria refero casus, quibus potestate legis commissoria liberatus est emptor: ut sunt 1. Renuntiatio, (a) tam verbis, (b) quam factis declarata. (c) 2. In integrum restitutio. (d) 3. Denunciatio de non solvendo, à fisco debitori facta. (e) 4. Si postquam venditor in re tradenda, aut aliis qua ex illius parte intervenire debuissent, præstandis, moram fecerit, ipse quoque emptor premium statuto die non solvit. (f) Vel deniq; 4. Si per emptorem non steterit, quo minus statuto die solutio expedita fuerit. (g).

(a) cuius effectus in genere, ut jus illud quod renuncianti contra renunciatarium competebat, absq; ullo regressu cesseret, l. 14. §. 9. ff. de Edilit. edit. l. 15. §. 5. ff. ad leg. Jul. de adult. l. 20. junct. l. 21. ff. de minor. l. 4. C. de past. l. 4. l. 6. l. 12. C. de transact. paratā ad hoc exceptione, qua renunciantis, si is jure renunciato ulterius uti velit, intētio postea elidatur, l. 3. §. 3. ff. de lib. leg. l. 3. C. de repud. vel abst. her. d. l. 14. §. 9. ff. de Edilit. edit. exceptione, inquam, (in specie hujus commissoria conventionis) si non legi renunciavit venditor, Cujac. ad l. 28. ff. de minor. Coll. Jur. Arg. ff. de leg. commiss. tb. 9. in fin.

(b) si palam pronunciet venditor, quod jure suo uti nolit: eaque vox apertam & manifestam asseverationem denotat, ex qua de eo quod quis professus est, satis superque constare possit, arg. l. 15. C. de procur. l. 23. de probat. l. 14. C. de solut. & hoc videtur esse quod dicitur in l. 6. C. qui bon. cel. poss. in omni cessione solam professionem querendam, & sufficere voluntatis solam professionem, add. l. 17. ff. de fund. der.

(c) ex

(c) ex factis etiam voluntas hominis cognoscitur, arg. l. 32.

§. 1. ibi: nam quid interest suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? ff. de ll. b. 5. ff. rem rat. hab. §. 6. Inst. de her. qual. & diff. c. cum super. X. de offic. de leg. c. uxore X. de his qua sunt à maior. part. Imò clarius & fortius exprimitur factis, utpote, quæ ipsum effectū ostendunt, quam verbis, ut probant latius, Ponorm. conf. 116. n. 3. lib. 2. Soc. Jun. conf. 13. lib. 1. & conf. 42. n. 14. lib. 2. Vult. conf. 8. num. 18. vol. t. Quocirca renunciationem ipso facto demonstrat venditor, si post diem legis commissorizæ pretium petat, l. 4. §. 2. l. 7. ff. b. t. aut ab offente ultrò accipiat, l. 6. §. ult. ff. b. t. sive integrum, sive partem eius quod adhuc debetur, d. l. 6. §. 2. sive etiam usuras precii debiti, l. 4. C. de pact. int. empt. & vend. hæc id est; quia non potest pretium accipi, aut peti utiliter ex causa emptionis, nisi subsistat emptio: ita qui consequens voluit, admisit prius quod antecedit, sine quo ad consequens perueniri non potest, l. illud. ff. de acq. vel omitt. her. Donell. 16. comm. c. 19. Sic etiam renunciatione vide ri placet, si venditor, cui (ut ex sententia Papiniani respondit Ulpianus) omnino incumbit, statim, atq; commissa lex est, statim, inquam, statuere, utrum commissoriā exercere, an verò pretium petere velit, l. 4. §. 2. ff. b. t. jure competentiū cunctetur, Coll. Jur. Arg. ff. b. t. th. 8. dies enim solutionis adveniens, tam venditorem, quam emptorem interpellat & officiū admonet, Connan. 7. comm. 9. n. 4. Hillig. ad Donell. 16. comm. c. 19. lit. d. Hoc ipsum tamen quod dicitur, eum statim id facere debere, utiq; cum aliquo temperamento accipi debere, id est intra modicum tempus arbitrio judicis definiendum, statuit Nicol. Vall. tr. 11. de reb. dub. n. 15. Coll. Jur. Arg. ff. b. t. th. 8.

(d) quæ est remedium extraordinarium Prætorium, ex jura causa reponens lessos in pristinum statum & conditionem in qua ante lassionem fuerant, perinde ac si nihil retrò actum fuisset, Wel. in par. ff. de in integr. rest. n. 3. & 5. Quod si ergo justas alleget probet que causas emptor, quibus ille in explicanda ad diem solutione impeditus fuerit, æquissimus sane Prætor eum tuebitur, eritq; ipsi emptori post restitutionem integrum, adhuc pretium solvere, adeoque commissoriæ vim impedire, non obstante, quod conditio iam extiterit: nemo enim videtur unquam exclusus, quem Prætor se in integrum restituturum pollicetur, inquit Paulus in l. 5. ff. de in integr. restit. Est autem restitutio duplex: alia maiorum, quæ sit ex variis causis,

causis, in specie autem hoc accommodari possunt ex, quæ Edicto
Prætorio in l. i. ff. ex quib. caus. major. nominatim inserta, vel sa-
nè sub clanfulâ illa generali, si qua alia mihi iusta causa videbitur,
comprehensa sunt. Alia est restitutio minorum, quâ ætate lapsis
subvenitur, ut generatim contra omnes, ita etiam speciatim adver-
sus venditorem commissoriam legem exercere satagentem, l. 38. ff.
de minor.

(e) ut in casu l. ult. ff. b. t.

(f) nunquam enim moram in precio facere emptor intel-
ligitur, qui merce non oblata cessat, & bona fidei contrarium est,
ut ex contractu qui ultrò citrōq; obligationem continet, ab empto-
re exigat vendor, quod ipse in sua persona non præststit, Welenb.
in par. ff. de act. empt. n. 6. moramque accuset in altero, quam ipse à
se non diluat, Coll. Jur. Arg. ff. h. t. th. s. Multè ergo minus ex hac le-
ge resolvitur emptio, si prædiorum emptor, cum suscipatur Sem-
pronius sibi controversiam moturum, pactus sit cum venditore,
ut ex pretio aliqua summa apud se maneret, donec sibi fidejussor
daretur de evictione: per venditorem autem steterit, quo minus id
ita factum fuerit, & emptor ob id ipsum non omnem pecuniam in-
serto legi commissoriæ die solverit, l. ult. §. 1. ff. de rest. vend.

(g) l. traiettitia 23. ff. de O. & A. Non stetit autem per em-
ptorem, si, cum is paratus esset solvere, neminem habuit cui offer-
ret, l. 4. §. ult. l. ult. ibi: desuisse autem venditricem, ff. b. t. vel etiam, si
pecuniam opportuno loco & tempore oblatam accipere recusavit
vendor l. si soluturus 39. l. 72. pr. ff. de solut. quibus sanè casibus pœna
commisii evitatur in tantum, ut neq; consignatione, neq; depositio-
ne ulteriore opus sit, l. jure 24. ff. de cond. & demonstr. in jure 161.
ubi Bronch. ff. de R. I. Donell. 16. comm. c. 13. Dn. Bocet. Cl. 4. D. 19. th.
65. Vigil. method. jur. Civil. part. s. lib. 18. c. 5. n. 2. except. 1.

Hic subsistam, ac telam disputationis in
nomine I E S U finiam, sine quo

Nullius est felix conatus & utilis unquam.

F I N I S.

IRASburg, Diss., 1627-28

ULB Halle
004 527 275

3



SB

107

B.I.G.



Farbkarte #13

FIGURALIS

MMIS-
E VENDI-
OMMO-

61.***
38

1628,25.

ESIDIO,
ORITATE
AMPLISSIMI
ORDINIS IN
NTINA,
DIS IN U
HONORIBUS
VIIS
IBVS,
OLENNI
IICIT
S MEIER
US.
RIO.

TI,
LEDERTZ,
II.

Universitätsbibliothek